

Incommodè ut accidit clariss. Doctor, ut nuncium vestrum meq una & item altera diecula antreueret. ac. 93-
 gentur enim sumptus non necessarii, quibus non mediocriter grauari sumus. Scripseram ad Cal. Februarii meam
 liquid certi responsi expectaturum. sed facile conijcio crebras tempestates in mora fuisse. Et quoniam meq
 isthuc cum literis profectus est, etsi poteram vestro uti ad itineris presidium, tamen neq me in viam da-
 re volui donec ille meq huc redierit: neq vester poterat retineri tam diu sine dispendio et incommoditate.
 Simul autem atq ad nos Hermannus reuerterit nos accingemur. Interea breuiter ad ea qua Scholarcharum no-
 mine exarasti respondeo. Jam primum ad praebendam quod attinet nihil est quod maturem eius gratia. Un-
 quam enim illa Dominorum erga me beneuolentia solide delectatus sum et venerando Senatui quantas pos-
 sum maximas gratias ago: semper tamen hoc animo (angusto fortasse) praedixi fui, ut cum illis otiosorum
 beneficiis (quorum perquam difficile contrectatio est) nollem mihi quidquam commercij esse. Proinde ut
 est apud Elacum: Tam tenor dono: quam si dimittar onustus. Satis mihi magnum hospitium est pecu-
 nia propera. Satis magno beneficio me Brema honorauit, quando mihi plq quam annis decem, honesta
 et liberale hospitium concessit. Eua mihi laudat exempla non culpo, non insector: Timidior sum tamen
 quam ut ausum imitarij. Oportet unumquq nostrum in sese potissimum intentum esse, quoniam ex sua quis-
 q; conscientia coram Deo, non ex aliorum comparatione censetur. Cum etiam ut demq nullum hic co-
 scientia serupum esse: tamen Deo beneficio ita me gessi humilem hactenus, ut non possim nunc sine ma-
 la fama ad istam Dominorum fastosam dignitatem transire. Postremo (ut apertius tecum fabuler)
 mihi non lubet inter istas impij Raptus creaturas, meum nomen profiteri. Nam τὸν αὐτὸν αὐτὸν αὐτὸν.
 Quod sub epistola fmem benigne me inuitas ut redeam. Equidem nisi nos hyberna tempestas detinuisset,
 iam pridem essem vobis redditus. At illud interim non vulgariter molestum est mihi. Cum ego id tam
 iustus de causis tantopere flagitarim cognoscere, qua spe tandem aut quo consilio isthuc reuertij possim?
 neq te, neq quenquam amicorum hoc uleq tangere voluisse. Cuius enim aliud ex ista dissimulatione di-
 uidem: nisi precisum esse isthic mihi libertatis epistonium, quod certe idem Johannis Coprelijq; fidelium
 Raptorum acerba fata denunciarunt. Itaq; alterutrum uaticinor futurum, nempe, ut aut ad illos fratres
 suos Molang colligatur: aut (quod olim Catonj in theatrum ueniens obiectum est) ideo tantum isthuc
 uenerit, ut abiret. Nam quod ego multo ante et quidem iam crebris expressis uerbis Magistratui
 suum professus, idem nunc quoq; sine circuitione responsum uolo. Nisi illum Cantorem refractaru a-
 miserint, mihiq; ipsi delectum collegatum pro meo arbitrato permiserint: alium in proxima astatem
 Schola Rectorem quaerendum esse, cui pariter cum officio beneficium conferatur. Vale. 13. Calend. Mar-
 tias. 1. 5. 6. 7. Duisburgj.

[= Mscr. a. 12: No. 170]

Johannes Molanus.

Fragmentum epistolae ad Doct. Lithodum.

No. 176)

Simul etiam omnes qui timeus Dominum iuueny ardentibus uotis Ecclesias Germania inferioris grauis-
 sime periclitantes, ut Deo filij qui est unicus Ecclesiae suae semper afflictus semper oppressus seruator
 et custos: Jam strictos enses sicariorum confringat & Tyrannorum rabiem potentis dextera sua aut dis-
 siperet aut compescat ne pereant paruuly cum matrib; ne uugulentur tot pij Sacerdotes Christi qui no du-
 bitant pro Deo ueritate suas animas profundere. Ne dicat impia colluuiet Antichristi. Ad calamita-
 tem e Babylone eductj sunt qui Idola nostra destruunt, qui de Euangelio gloriantur, nempe ut macten-
 tur in templis suis et sacrificulorum manibus delcantur de terra. DEVS (ut certo sperant animae nostre)
 rationem habiturus est gloria Maiestatis sua et illis blasphemis Cyclopij tandem os illud impudens
 concludet. Amen.

[Mscr. a. 12: No. 177]

Pax Christi. M. Oltrivio Porbio. Heidebergae.

No. 172)

Cum nuper Duisburgj sarcinulas colligens Collega tuo M. Jacobo Mylio raptim (ut loquantur)
 literas exararem, frater in primis dilecte: male habebat animum meum quod neq; spatium haberem ad
 te scribendy, neq; opportunitatem: non gaudeo etsi parum quidem temporis supererit, occasionem certe co-
 modissimam hic mihi Brema oblatam esse. Et quia me meaq; rec paruas, et rudia et cursum uita.

[= Mscr. a. 12: No. 172]

tibi ut patriota imo vero ut sancta pietatis socio, non dubito non vulgariter curae esse: non me contino quin scribam breuiter quo consilio & qua spe, duo homines tui amantes, Franciscus Oleuians et ego cum paucis studiosis adolescentibus nunc Bremae sumus, pestilentia saeuities utcumque sedata est. Magistratus me ad munus scholasticum reuocauit, rediij, in urbem quidem, at non in pristinum locum functionis. Habebam scilicet in Scholis Antagonistas qui partim propter doctrinae distimilitudinem, partim ingenij petulantia, in faciem mihi soliti sunt resistere. per eos quoniam nullos progressus potui ne optare quidem: non patior me retrahi in pistrinum nisi illis à medio scilicet lae sinu sublatis, doctrinae etiam libertas quae per aduersarios dum absum imminata est, in integrum restituatur. Tuentur illi se magnis patronis, nos D. V. M. inuocant, per quos hic resistit utcumque hactenus, tres pios Concionatores amissimus. In quorum subire locum fremitusque furorque, ut parum spei nobis videam reliquum esse. Sed tamen quia Iuuentutem video pessum ituram, nisi quoquo modo succurratur. Dixi Senatui quibus conditionibus reuocari queam, quas si mihi ratas esse iusserint, res me coget ipsa, vel annum unum & item alterum, Bremae qua iam mihi velut altera patria est, commorari. Cuid facerem? Etsi in proceribus parum constantia est, tamen quum tam obnoxie me obsecret Ecclesia ne Scholas suas dissipem, non possum seruitio exire. Itaque adhuc incerta nobis sunt omnia, quia neque qui pietatem colunt, me amittere, neque qui plurimum possunt, metupunt retinere. Cui hanc ad te epistolam dabo, non propterea pro nobis stetit (ut ex Mylio cognosces) sed tamen docenda iuuentuti tum in artibus, tum in linguis fidelem operam impendit. Tibi erit hoc nomine commendatior. (ut opinor) quod in Chytrae ludu educatus, pro sua aetate non vulgarem eruditionem sit consequutus. Et inquitiam dum absum, mutasse videtur sententiam & ad nostrum latius nonnihil inclinasse. facietis ipsi periculum, quatenus possit isti Scholae uilis esse? Ego propter ingenij praestantiam amauij eum ab adolescentia, et nunc propter linguarum atque artium cognitionem vobis eum commendo. Vale. Salutem precor Doctori Oleuians eius frater valet, cuius de studio nuper scripsi per fratrem matris coniugis, qui si se iam isthuc appulit, ita curus erit vobis (si me amatis) ut ex me si natus esset. Saluta & Mylium et uxorem, et M. Franciscum Mosellanum, et fratrem tuum Luinam, & reliquos sancte pios. Bremae, postid. palmarum. 1. 5. 6. 7. Ex animo te diligens.

Boerhaauus.
Duncker.

Johannes Molang.

W. 178) Clarissime Dn. Consul. Quando an abeam an maneam statuendum est hodie quia sunt quae me grauant praeter Cantoris iurgia, T. H. obtestor ut ea quoque Scholarchis in memoriam reducas. Primum, ut liberum sit nobis eandem Catechesim ad quam iuuentus assuefacta est in Scholis retinere. Deinde ut possim alium mihi adiungere. Ad hac ut beneficium illud Ecclesiasticum in alium quemuis conferatur, me smant meo stipendio contentum esse. Nam nisi res religionis hic fiant paulatim meliores, nolim vobiscum toto auro consumi, et habet praeterca beneficium alias molestas distractiones quibus non possum superesse. Postremo vester ille noster non admodum bona fama est, res autem nostrae et puerorum plerumque iacent incustoditae quum tota domus nostra eis sit peruisa, perfracta sunt nobis absentibus cubilia ne fenestris quidem relictis. Sed haec vestrae prudentia relinquo, nolim premere afflictum. Inuiuas quoque non impediunt meum ministerium perferre possum, nec obliuiscor me aduenam in aliena Repub. viuere. Vale. 29 Martij. 1. 5. 6. 7. T. addictus.

Ad huc locum pertinet epistola mea
manu scripta 20 et folijs 9 et obitu
Charissimae uxoris.

Johannes Molang.